Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·CCC·ij·

312

et libano et a flumine magno eufraten usque ad mare occidentale erunt
terminus tuus. Nullus stabit contra te. Terrorem tuum et formidinem
dabit dns ds tuus super omnem terram quam calcaverit eius sicut locutus
est vobis dns ds tuus. ℟. Protector noster aspice ds et respice in faciem christi tui. ℣.
Domine ds virtutum exaudi preces servorum tuorum. Oremus. Flectamus genua. Protector
noster aspice ds ut qui malorum nostrorum pondere premimur pietatis tua
libera nos mente famulemur. ℣. Lectio libri machabeorum.
In diebus illis. Orationes faciebant sacerdotes dei offerentes
sacrificium applicantes ionathan incohante ceteris autem respondentibus et di
centibus. Deus faciat vobis ds et memineritur testamenti sui quod pollicitus
est ad abraham et ysaac et iacob servorum suorum fidelium et det
vobis omnibus ut colatis eum et faciatis eius voluntatem. Adaperiat
cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat pacem. Exaudiat
orationem vestram et reconcilietur vobis nec vos deserat in tempore ma
lo dns ds vester. ℟. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. ℣. Elevatio
manuum mearum sacrificium vespertinum. Oremus. Flectamus genua. Adesto quesumus domine supplicationi
bus nostris ut ee te largiente meamur in tua presentia humiles et in te adunati servire.
℣. Miserere nostri ds omnium et respice nos et ostende. ℣. In sapientia
nobis lucem miserationum tuarum. Et immitte timorem tuum super
gentes que non exquisierunt te et cognoscant quia non est ds nisi tu
ut enarrent mirabilia tua. Alleua manum tuam super gentes alienas
ut videant potentiam tuam. Dicant enim in spiritu eorum sanctificatus es in
me coram eis in spiritu meo magnificabis nomen tuum ut cognoscant te sicut et nos cog
novimus quia non est ds preter te domine. Innova signa et immuta mira
bilia glorifica manum et brachium dexteram tuam. Exerce furorem et effunde
iram. Contere aduersarium et affligere inimicum. Festina tempus et memento
finis ut enarrent magnalia tua domine ds noster. ℟. Conuertere domine aliquantulum